

DOMINICA OCTAVA

Sermo. II. in ordine.

LXV.

ATTENDITE à falsis propheta-
tis. Mat. 7.

Homo
conditus
clarus in
cognitio-
ne ꝑ pec-
cata mal-
tiplici-
ter excec-
tatur.

Quamvis ab initio creationis hominis Deus hominē multiplici dota- verit cognitione, vt magister in 2. s. Dei sui conditoris, suipsius, & proximi, tamē lapsus in peccatum multipliciter in his excecatus, experientia teste digno scitur, secundum parabolam Luc. 10. scriptam, Et ex consequenti in affectu recuruatus spreto Deo summo bono se se plus, quam creatorem dilexit. Verum pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, cui proprium est misere- ri, semper & parcere, homini diabolica fraude decepto, filium suum magistrum dedit, qui in monte viam regni, & semi- tam iustitię, ac perfectionis scalam octo beatitudinum, qua in cælum ascendit- tur, erexit, seq; viam, qua redeat in pa- triam, vnde ceciderat, constituit, dicens Ego sum via veritas & vita. Ioan. 14. Et iterum. Qui sequi tur me non ambulat in tenebris. Ioan. 8. Et quia via hæc non est via carnis, sed spiritus, vt dixit dominus Petro Mat. 16. Caro & sanguis non reuelauit tibi &c. Vnde & carna- les eam refugiunt, quarum plurima est multitudo, qua propter eandem arctam dixit, paucosq; eam inuenire asseruit dicit. Contendite intrare per angustam portam &c. Regnum cælorum vim pati- tur. &c. Matth. 11. Ideo post huiusmodi sermonem in monte habitum, docet in presenti euangelio, quæ sint, quæ viam arctant, vt caueantur, dicens Attendite à falsis Prophetis. &c. Pro gratia Aue Maria.

In presenti euangelio tria propo- nuntur. Primò quæ sint, quæ viam ar- ctant, vt caueantur, ostenditur. Secun- dò doctrina summarie totum sermo- nem suum comprehensens subiungi- tur. Tertiò iuxta hanc exemplaris de- claratio additur. Secundum ibi. Niquid

colligunt? Tertium ibi, Non omnis, qui dicit mihi &c. De primo. Inter ea, quæ viam arctant, attendendi sunt fal- si propheta, & cauendi. Vnde ait. At- tendite &c. Et licet falsi prophetae spe- cialiter sint hæretici (secundum glos.) & hypocrite, sunt tamē generaliter om- nes mali christiani, qui christiano no- mine, & vocali professione & sacra- mentis ecclesię, quasi velle omnia se conte- gunt, cum intus sint lupi rapaces. An non rapaces lupi, qui malis operibus nedum alios seducunt, sed animas prop- rias interimunt? Hi etiam falsi prophetae dicuntur, eo quod falso, & sine meriti sibi futura bona promittunt, non at- tendentes, quod actus spei est velle effi- cax consequendi beatitudinem propter merita. Non ergo sperant, sed falso va- ticinando præsumunt de beatitudine, immemores illius, Voca operarios, reli- ctis ociofis, & da illis mercedem. Matth. 20. Vestes sunt, innocentia baptismalis in baptismo collata, seu vestis candide innocentie. Vel etiam nomen illud re- gium, quo christiani à Christo dicun- tur, qui fecit nos reges, & sacerdotes. Pet. secundo. Vos estis genus electum, &c. Vestes etiam sunt character baptis- malis & ornatus sacramentalis, secun- dum illud Mat. duodecimo. Inuenit eã ornata, scopis mundaram. Dum verò tales non ferunt fructum, sed vacant, iam se primum rapiunt. Deo, tradunt diabolo, alioque suo exemplo inficit. Nesciunt illi, vel nescire volunt, quod res ipsa non nomen saluat. A re enim nomina, non à nomine res appellantur. Christianus ergo à Christo dicitur. Aliud verò est nomine aliquo nomina- ri, & aliud esse id, quod per nomen si- gnificatur. Et ita non est idem dici, & esse christianum. Dieuntur communi vo- cabulo christiani, qui baptismo Christi renati Christo credunt, baptismo dieo fluminis, vel fluminis, & credunt fide in- fusa tantum, sicut infantes, aut etiam acquisita, vt adulti. Et hoc sine fide for- mata per charitatem, siue in formi, sic ait Aug. super psal. 47. Omnes sacra- mentum baptisimi Christi accipientes, christi

Opera
christia-
na nõ co-
men sal-
uant.